



ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI
ANNUS
864.

NICOLAI PAP.
ANNUS
7.

LUDOVICI II. 9. IMP.
MICHAELIS III. 23.

I.
De Rodo-
aldi Lega-
ti con-
demna-
tione.



SEQUITUR Christi annus octingentesimus sexagesimus quartus duodecima. Indictione inchoatus, quo Nicolaus Pontifex collecta Romæ Synodo adversus Rodoaldum Portuen-

sem Episcopum, in Oriente primum, inde in Galliis legatione functum, & ubique prævaricatorem inventum, vocatum sæpe, refugientem semper, tandem absentem ab Episcopatu deposuit, atque excommunicatione multavit. Porro iudicium huiusmodi ceptum post mensem a sententia, quam in Synodo ejus collega Zacharias excepit, ut Nicolaus ipse (a) testatur, ad multum temporis spacium est productum. Quomodo autem ista se habuerint, ex ipso Nicolao in epistola ad Orientales egregie describente audiamus, qui ait (b):

(a) Nicol.
ep. 15.

(b) Idem
ep. 7.
II.

Igitur rediens Rodoaldus a Galliis, ubi non minorem quam in Constantinopolitana urbe personam gesserat, & collegam suum Zachariam videlicet tale quid pertulisse cognoscens; quin potius conscientia propria stimulatus expavit. Quod nos intuentes, ne quid formidaret, illum admodum sumus hortati, subiungentes dumtaxat examen Synodi, nihil in illum nos esse moturos: sed neque ei sine culpa prolata fore aliquid adversi la-

Ann. Eccl. Tom. XV.

uros. Sed quia (c) fugit impius nemi-
ne persequente, dum nihil mali & suffi-
cientibus nostris frueretur bonis, ante
tempus Synodi, ante sui purgationem,
Ecclesiam & parochiam propriam dese-
rens, ad alias dioceses, examen utique
subterfugiendo se contulit. In quibus diu-
tius eo commorante, Apostolico modera-
mine freti, canonicam quam merebatur
super eum censuram inferre distulimus,
ne videlicet ad vindictam faciles videremur
esse, vel præcipientes. Quamobrem des-
tinatis in diversa loca epistolis, id est,
ubi solus illum rumor habitare fatebatur,
Missis nostris, videlicet sanctissimis
Episcopis, * raptum eum duximus con-
vocari. Sed ille diversas tenebras pene-
trando, utpote filius noctis & tenebrarum,
qui operalucis, & diei semper refugiens,
causam suam ad manifestationem justitiæ
solis deduci formidabat, quousque * voluit,
nobis obedire desepxit.

At ubi non reperit tutum suæ tergiversationis latibulum: tandem aliquando Romam redire ausus est. Et cum nos inter furentium adversariorum linguas, & manus apud beatum Petrum Apostolum degeremus, ipse insperatus super nos hostis inter hostes irrupit: & ut nunc claret, iterum discessurus, fraudulenter accessit. Quo tamen corpore non mente reverso, & Synodi tempore propter immi-

(c) Evro.
28.

Rodoaldi
latebra.

* al. re-
pertum

* al. po-
tuit,

III.
Quomodo
Romam ve-
nit Rodo-
aldus.

A n n -

NICOLAI PAPÆ 7.

LUDOVICI IMP. 16. 15. & 10.

MICHAELIS IMP. 23.

Anno He-
gira CCL.
inchoato
die 12. Fe-
br. ser. 1.
4. C. 864.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6357.
SÆC. IX.
Anno Erae
Hispan.
DCCCCH. JESU CHRISTI 864.
© 5. BA. 10. P. 2. April. Indict. 12.